



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de**

**Lugduni, 1669**

15 De testibus in causa hæresis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

recusauerit, vel sententiam ab Inquisitore latam executioni mandare dilulerit, pena excommunicationis cogendus est, & aliis arbitrariis penis, pro qualitate dilationis, & contumacie. sic Pegna 3. parte directorij quaestione 36. *com. 85. vers. ergo Inquisitor*. Farinacius *quaest. 186. num. 163.* Adde huiusmodi recusantes exequi sententiam ab Inquisitoribus latam, vel omittentes fauorem praestare haereticis puniendis, cum sint requisiti, suspecti redduntur fauorici, ac proinde tanquam contra fauores haereticorum procedi potest aduersus illos: sic Pegna *dicto comment. 85. vers. sed pauca*. Iacobus Grassis *lib. 4. de cisionum, cap. 18. num. 22.* Farinacius *quaest. 186. num. 164.* Quod si coges, quomodo Inquisitor cogere poterit absque irregularitatis timore iudicem laicum, vt exequatur sententiam in haereticos sibi traditos, optime respondet Pegna *dicto com. 85. in fine*. Neque enim expressè praecipere debet iudici laico, vt poenam mortis in illos exequatur, sed solum vt sententiam à se latam exequatur, vel melius vt seruet constitutiones, & leges aduersus haereticos editas. Nam in hoc modo compulsionis cum mors directè petita non sit, nulla est occasio irregularitatis contrahenda.

PUNCTUM XV.

De testibus in causa haeresis.

Latissima est hac materia, quae si pro dignitate tractanda esset, volumine integro indigebat. Principaliora illius referam, non tam disputando, quam summando, ita vt nihil omittatur ex his, quae ad perfectam cognitionem modi procedendi in hoc sanctissimo inquisitionis tribunal requiruntur. Vt autem cum distinctione procedamus, per varios paragraphos discursus diuidendus est.

§. I.

Qui possint esse testes in causa fidei.

- 1 Omnes admittuntur praeter capitales inimicos.
- 2 Expenduntur testes alii inhabiles, qui in hac causa admittuntur. Primò infames, criminosi, socij criminum.
- 3 Admittuntur perituri.
- 4 Admittuntur Iudaei aduersus Christianos apostatantes.
- 5 Item haereticus.
- 6 Item domestici, familiares, & consanguineus
- 7 Mulier admittitur.
- 8 Item minor 14. annorum.
- 9 Nullus praeter inimicum excluditur.
- 10 Quid sit inimicus intelligitur de inimico vero, & suspecto.
- 11 Excluditur inimicus reconciliatus de recens.
- 12 Non debet esse inimicitia à parte procurata.

**C**rimen haeresis ita graue est, & reipublicae perniciosum, vt merito in eius derelictionem testes alii inhabiles admittantur, vt sic facilius delictum puniri possit, & extirpari. Quocirca omnes praeter capitales inimicos admitti posse in hac causa, docet Vmbertus Locatus in *iudic. inquis. verbo exceptio. num. 4. vers. verum quia*. Repertus Inquisitor in verbo *exceptio. vers. item solum* & verbo *testis. vers. nota*. & alij discursu referendi, quod examinatione indiget.

1. Primò ergo admittuntur excommunicati, criminosi, infames, socij criminum, qui alijs erant inhabiles, habetur expressè in *capite in fidei fauorem, de haereticis, in 6.* & notant omnes.

2. Secundò admittuntur perituri, etiam si poenitentiam non egerint perituri; ex textu in *c. accusatus. §. licet, de haeret. in 6.* Nam licet perituri à testimonio repellatur, quia de veritate suspectus est *cap. testimonium, de testibus*. At fauore fidei ad testimonium dicendum contra se, & contra alios admittitur, quoties ex circumstantiis, & iudiciis colligitur verè deponere: sic Glossa, & omnes in *supradicto capite*, & optime tradit Gundif. *tract. de haereticis, quaest. 13. num. 12.* Gigas *de crimine lesa maiest. lib. 2. tit. quomodo, & per quos probetur q. 11.* Farinacius *quaest. 188. num. 82.* & 91. Pegna 3. parte directorij, *quaest. 65. com. 114.* Sed est aduertendum non quemlibet periturum ad testificandum admitti, sed solum eum, qui primò celauit veritatem, & postea zelo fidei eam manifestare intendit; quia huic tantum perituro conceditur eius testimonium valere, in *dicto c. accusatus*. Quocirca si in alio casu periturus exiit, aut de falso damnatus fuit, eius testimonium non admittitur etiam in causa haeresis quia in hac causa non omnes inhabiles admitti debent, sed tantum illi, qui à iure conceduntur admittendi, alijs si omnes indifferenter possent admitti, non leui periculo calumnia fideles innocentes exponerentur, vt bene comprobatur, & defendit Decianus *tract. crim. libr. 5. cap. 35. num. 14.* & ex illo Farina-

cus *quaest. 188. num. 77.* & 92. vbi dicit sibi videri hanc limitationem verissimam.

3. Tertio aduersus Christianos iudaizantes, vel quomodocumque à fide apostatantes admittuntur iudaei in testes, hoc tam graue crimen defectu probationum impunitum relinquatur: habetur expressè in *cap. contra Christianos, de haeret. in 6. ibi per Christianos, seu Iudaeos conuicti*, & tradit ibi Glossa, Archidia. Gemianus, & alij, quos refert, & sequitur Pegna 2. parte directorij *comment. 13. ad cap. contra Christianos*. Gundif. *tract. de haereticis q. 13. num. 10.* Gigas *tract. de crim. lesa maiest. lib. 2. tit. quomodo, & per quos probetur, quaest. 10.* Farinacius *de haeresi, quaest. 184. num. 124.*

4. Quarto, ob eandem rationem haereticus in testem admittitur contra fidelem in causa fidei: si enim Iudeus, infidelisque admittitur, quare non haereticus? Neque obstat aduersus hoc, & superius dictum textus in *cap. dubius, de haeret.* vbi dicitur, *Nec eu omnino credendum est, qui fidem veritatis ignorat*, ergo eis nulla fides est habenda. Non inquam, obstat, quia ex eo quod eis omnino credendum non sit, non inferitur nulla ratio esse credendos, sed solum inferitur non esse eis omnino, integre, plenè, & perfectè credendum: ac proinde eorum testimonium non esse plenum, & perfectum, sed imperfectum. Et secundum hanc rationem in hoc crimine valere eorum testimonium, & praxis inquisitionis docet, vbi haereticus aduersus fidelem de haeresi deponunt, eorumque depositio alicuius probationem facit: & ita tradit Pegna aduersus Eymericum, 3. part. *quaest. 68. comment. 117. vers. quantum verò* Simancas *causis inquisitionibus, tit. 64. rub. de testibus, à num. 43.* & sequitur, Lorius Zechius in *summa. 1. part. tit. de fide, rubric. de haeresi, cap. 11. num. 12. vers. haereticus etiam*. Farinacius *q. 186. n. 116.* & *latius quaest. 56. n. 27.* Malcardus *de probationibus, conuict. 857. num. 9.*

5. Quintò, domestici familiares, & consanguinei aduersus alios domesticos, familiares, & consanguineos admitti in testes in criminibus exceptis possunt, imò seruis aduersus dominum, pater aduersus filium, & filius aduersus patrem, vxor aduersus maritum, & maritus aduersus vxorem *leg. vlt. C. ad leg. iul. maies.* Optat enim Ecclesia hoc tam graue crimen in suis filiis omnino praecauere, & si commissum fuerit punire. Ne ergo desint illi probationes, testes, qui alijs repelluntur, admittit. Adde hos testes alienos esse à suspitione, cum contra sibi conuictos testimonium dicunt. Deinde domestici melius quam alij domesticorum mores, & facta cognoscere possunt. Ergo per illos aptius, quam per alios probari delictum domesticorum potest. *l. sensu. C. de repudiis cap. tertio loco, de probationibus*, & tradit Pegna 3. parte directorij *q. 70. com. 119. vers. horum sententia*, vbi optime explicat, qui dicantur familiares. Farinacius *quaest. 188. num. 143.* Malcardus *de probationibus lib. 2. conclus. 857. num. 22.* Rojas *singul. 197.* Lorius Zechius *1. part. tit. de fide, rubric. capite 1. numero 14. vers. quo verò ad domesticos*.

6. Sextò mulier etiam à testimonio in causa sanguinis repellatur, eo quòd ob fragilitatem sexus, praesumatur eius testimonium infirmum, iuxta textum expressum in *cap. forma. vers. fin. de verbor. significat.* & textum in *cap. mulierem. 33. q. 5.* & vtroque loco Glossa quod intelligendum est, si ad instantiam accusatoris producta sit in testem; secus si iudex ex officio examinauerit, vt ex Glossa, & alijs in *cap. quoniam, de verb. significat.* notat Farinacius *q. 59. n. 9.* & Farinacius *lib. 2. conclus. 762. n. 1.* Nihilominus in crimine haeresis, aliisque exceptis criminibus non est dubium admitti, ex textu in *cap. tanta, cap. per. num. de sponsalia*, & ibi Glossa, & DD. & tradit plures referens Malcardus *supra. n. 22.* Farinacius *n. 10.* Simancas *caus. inquis. c. 61.*

7. Septimò minores 14. annorum, & cuiuscumque aetatis sit, si sint dolè capaces in hoc crimine ad testificandum admittuntur imò ad id possunt cogi, & torqueri, ex textu in *leg. de minor. in princ. ff. de quaestio. Si enim in crimine lesae maiestatis humanae hoc procedit, à fortiori in crimine lesae maiestatis diuinae procedere debet; & notauit Farinacius *de haeresi, quaest. 188. num. 75. sine*. Aduertit tamen Malcardus *conclus. 462. num. 5.* debere deponere cum autoritate tutoris, alijs nullum esse eius testimonium, ex *l. clarum. C. de auctor. praestanda*. Sed hoc requisitum in practica non seruati testatus Farinacius *q. 54. n. 4.**

8. Ex his omnibus videtur inferri ferè nullum alium nisi inimicum à testificando in crimine haeresis repelli. Hunc autem praesus repelli omnes Doctores admittunt; eo quòd inimicus lapsus fallum deponere, non verum dicere praesumitur credit enim non ex zelo iustitiae, sed ex vindicta procedere: facitque textus in *c. si testes, q. 3. c. neminius, c. cum oporteat, de accusatiomb.* Si enim ob inimicitiam ab accusado quis repellitur, *cap. per. tum. c. in d. Hali, de Simonia*, à fortiori à testificando repelli debet, in qua actione grauius nocere potest. Aduertendum tamen est non quemlibet inimicum, sed capitale, à testimonio dicendo excludi. Cum enim hoc delictum grauissimum sit, non est praesumendum absolute testem, qui grauior offensus non est, falsò testificari. Sed quia pro qualitate inimicitiae falsitatis praesumitur, ea de causa est eius testimonium admittatur, admittitur tamen tanquam infirmum, & ita docet Eymericus 3. part. *rubric. de defensionibus, reorum n. 13. vers. primò*, & ibi Pegna *com. 128. vers.*

veritas tamen exceptionibus. §. 9. 67. com. 116. v. causas vero. Cipeg in addit. ad Zach. tract. de hereticis. c. 13. in verbo con-

10 Secundo aduertant aliqui Doctores de vero inimico con- clationem esse intelligendam, non de inimico suspecto, qualis est, qui cum meo inimico affinitatem vel amicitiam strictam contra-

11 Tertio aduertunt excludi inimicum etiam reconciliatum quod intelligendum est de reconciliacione recentis, ob timorem

12 Quarto aduertunt Doctores, & optime, non debere inimicitia esse a parte procuratorum. Si enim procurata fuit ad

§. II.

Quomodo supradicti testes alijs inhabiles deponere debeant.

- 1 Hi testes ad solam probationem delicti, non ad illius circums- tantias admittuntur.
2 Proponitur quadam obiectio, et sit illi satis
3 Negant plures admitti testes inhabiles, si via accusa- tionis procedatur.
4 Probabilis est oppositum.
5 Communis sententia negat hos inhabiles admitteudos esse ab ipse tortura.
6 Contrarium dicendum est.
7 Admittuntur supra dicti, tamen si alia ad sint probationes.
8 Admitti possunt tam contra reos, quam pro ipsis
9 In fauorem rei consanguinei admitti possunt, sed non tan- quam integri testes, sed a tanquam testes diminuti.

Prima difficultas est, an admittendi sint hi testes inhabiles non solum ad probationem delicti, sed etiam ad adiuuanda, & cum delicto conuexa? Cui difficultati respondeo admitti debent ad probationem delictum, & circumstantias illius in ins-

Ferr. de Castro Sum. Adrs Paris 1.

cas delictumque inferentes; secus vero ad circumstantias extrinsecas, etiam si delicto preasupponatur necessarii exemplis explicato. Harens puniendi ab Ecclesia committi non potest nisi a baptizato; testes autem criminosi, & alijs inhabiles est ad iuramentum probandum admittantur, non videntur admittendi ad probandum Baptismum, quia Baptismus cum heresi nihil commune habet, quia ex Baptismo heresis non inferitur, neque econtra; bene tamen admittantur ad probanda iudicia, ex quibus heresis inferitur, v. g. ad probandam familiaritatem cum hereticis, conuenticula, secreta, & alia huiusmodi: quia hanc delictum inferunt, & sunt de illius intrinseca substantia. Confirmitur ex doctrina Bart. in questionibus ff. ad legem Iuliam maiest. vbi affirmat admitti infames ad probandum rectorum cuiusdam prouincie non admittit successorem Regem; ac prouide iure maiestatis crimine commisit, etsi non admittatur ad probandum legitimum successorem esse; cum tamen esse legitimum successorem necessario preasupponatur ad crimen iure maiestatis committendum. Secundo confirmo ex Baldo in authent. si testes producantur. n. 7. C. de testibus, vbi si litato admittantur infames ad probandum adulterium, non inde inferitur admittit ad probandum matrimonium adesse, cum tamen sine matrimonio adulterium esse non possit, & ratio omnium est, quia nec matrimonium infer adulterium, neque successio in regno inferit repulsum subditorum, neque cum his delictis aliquid commune habent. Et doctissimus Farinacius l. 2. praxi, tit. 6. q. 56. de testibus, a num. 78 & faciat ea, que adducit q. 62. n. 69. vbi loquens de casu, in quo testes inhabiles admittuntur, si veritas autem probari non potest, concludit huiusmodi conditionem; quia extrinseca est negotio, pro quo ipsi admittuntur, ab alijs quam ab ipsorum testimonio probanda est.

2 Sed obicitur Qui dat consequentia ad formam: & vno concesso, conceditur etiam, sine quibus esse non potest, alia videtur diminuta, in id mutis concessio; & habetur l. 2. iurisdictio ff. de iurisdict. non iudicum. l. ad legem. l. ad rem mobile, ff. de procuratoribus. Sed crimen hereticis punibile ab Ecclesia esse non potest, nisi a baptizato. Ergo concesso infamibus, vt esse testes possint in hoc crimine, conceditur simul tes, vt possint testificari ea, sine quibus stare crimine nullatenus potest. Propter hanc rationem Aug. l. famosi. n. 3. ff. ad legem. iura maiest. Salycet in authent. si dicatur. n. 11. C. de testibus. Gregas de crimine laesa maiest. l. 2. rubr. quomodo, et per quos crimine laesa maiest. prebetur. q. 5. per totam hostium in tit. de crimine laesa maiest. n. 11. in fine, excludunt testes admissos ad probandum aliquid delictum, admitti debere ad probandum ea omnia, sine quibus delictum esse non potest, quia omnia illa dicunt, substantialia. Ceterum ego cum supradicti Farinac. Bart. & Baldo existimo nullo modo substantialia delicti dici debere ea, quae in alio genere delicti preasupponuntur, sed solum illa, quae preasupponuntur delicto, tanquam illata illius. Esse autem baptizatum non inferit heresim, neque successio in regno inferit rebellionem subditi; ideo ex concessione facta testibus alijs inhabilibus, vt teneatur de heresi, de adulterio, de rebellionem, non conceditur testari de illis sic preasuppositis. Neque aduersus hanc pugnat vulgaris regula, concesso vno concedi franti ea, sine quibus esse non potest, quia intelligitur de iis, que sunt in eodem genere, & que se mutuo inferunt.

3 Secunda difficultas est, an ij inhabiles admittantur, si via accusationis procedatur. Plures negant admitti posse. sic Glossa in dicto c. in fides fauorem, verbo inquisit. Ioan. Andr. n. 3. sine Gemnian n. 7. Franc. num. 3. Malcard. de probationibus. l. 2. conclus. 857. n. 3. Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 35. num. 2. et 8. et c. 27. num. 5. et cap. 29. num. 5. Repert. Inquisit. verbo testes, vers. nota distinctionem. contentit Farinac. de heresi q. 188. num. 78. Mouentur, quia ij inhabiles a testimonio dicendo sunt exclusi. c. testes. 2. q. 7. cap. 1. de prescriptionibus. licet, de probationibus. c. testimonium de testibus. Ergo in tantum admitti poterunt, in quantum eis fuerit a lege concessum. At in suprad. c. in fides fauore, solum eis conceditur, cum iudex via inquisitionis procedit, quia solum de illo modo procedendi textus loquitur vt constat ex illis verbis in negat. inquisit. Ergo cum sit a regula generali exceptio non debet extendi ad accusationem. Deinde accusatio non est fauorabilis vt inquisitio, cap. si quis Episcopus. 2. qus. 7. Ergo privilegium pro inquisitione concessum non debet ad accusationem extendi. Denique si in accusatione ij testes admittentur, eorum admissio non tam in fauorem fidei, quam in fauorem accusatoris redundaret, cuius fauore non intendit, & hanc sententia est satis probabilis.

4 Nihilominus contrariam probabiliorum reputo. Non enim censo privilegium admittendi inhabiles testes in crimine heresis voluisse Pontificem arctare ad casum, in quo via inquisitionis proceditur, alijs hoc expressisset. Neque ex verbis suprad. textus, in fides fauorem, hanc restrictio colligitur. Inquit enim Pontifex, In fides fauorem concedimus, vt in negotio inquisitionis heretica prauitatis, excommunicari, & participari, vel socij criminis ad testimonium admittantur. Cum enim dixit, in negotio inquisitionis quid commune dicit, siue via inquisitionis, siue accusationis procedatur, quocumque enim modo inquisitor procedat, hereticam prauitatem

K x 3 prauitatem

DE  
STR  
ALAY  
TON

practicam inquiri, & in negotio inquisitionis versatur. Cur ergo privilegium in fidei fauorem concessum, limitandum est ad eum, in quo via inquisitionis, in negotio inquisitionis procedatur, cum possit intelligi de quocumque modo procedendi: & ita intelligi affirmat Archid. in dicto e. in fidei fauorem, n. 2. & 3. Gundifalu. tract. de heretic. q. 13. n. 16. & 17. Carret. tract. de heretic. num. 120. Rojas singul. 188. n. 6. & seq. & singul. 191. n. 3. & singul. 84. num. 4. & plures alij relati à Mascard. l. 2. conclus. 857. num. 3. Gundifalu. tract. de heretic. q. 13. n. 17. & consensit Farinac. de testib. quest. 62. n. 89.

5 Tertia difficultas est, an hi inhabiles admitti debeant absque tortura in hoc crimine excepto. Negat communis sententia generaliter loquens in criminibus exceptis, prout videre est ex pluribus, quos refert Farinac. de testib. quest. 56. num. 55. & 57. & quest. 62. n. 23. & seq. & specialiter loquens de crimine heretici docet Capez. in addit. ad Zanch. tract. de heretic. c. 9. lit. C. in verbo inquisitor. vers. ad iud. in super. Martin del Rio in quest. mag. l. 5. sect. 3. vers. sed quidam, in 2. appendice. q. 61. Montemar. in pract. Archiepiscopi. ap. 84. num. 11. fauet Greg. de Valent. tom. 3. disp. 6. q. 13. p. 4. v. ceterum in fine. Subdit tamen sufficere torturam metum Gundifalu. tract. de heretic. q. 13. n. 5. Clar. pract. crimin. 2. 21. vers. suam etiam. Et haec esse veram opinionem tenet Pegna statim allegandus. Aduertunt tamen omnes leuiter esse hos testes torquendos. Fundamentum praecipuum fuitur ex l. ob crimen § si ea rei conditio ff. de testib. vbi ad literam dicitur: si ea rei conditio sit, vbi ardeantur teitem, vel vilen peccatum admittere cogimus, sine tormentis, testimonio eius credendum non est: quae lex approbat in e. si testes, 4. quest. 3. in medio.

6 Ceterum credo hos excommunicatos, infames, criminosos, socios criminis, seu aliis inhabiles personas admitti posse, & regulariter sic admittendos esse in testes sine tortura, quos ex officio examinantur, vel ipsi fauorem fidei, & ex propria conscientia coacti deponunt. Non enim videtur iustum torquere testem, cuius nulla interest testimonium, bonoque communi, & reipublice fauet. Alias si testes hi seirent suum testimonium admittendum non esse, nisi prius tormentis examinentur, & firmentur, à testificando omnino arderentur, quod in graue reipublicae, & religionis detrimentum cederet. Neque obstat lex imperialis à iure canonico approbata, nam loquitur de teste producto à parte in sui fauorem, vel ab accusatore pro sua intentione fundanda. Huic enim testi, quem iudex admittere cogitur, credi non debet absque tortura, & merito, quia ipse non partes iudicis sed rei, vel accusatoris facit, ac prout suspectus de veritate redditur, vbi in iudicialitate, quam habet, debet ergo illam suspicionem tormento purgare. Secus verò dicendum est de testibus ex officio iudicis examinatis, & qui sese zelo fidei, & reipublicae testificando offerunt, & ita hos testes admitti sine tortura regulariter est praxis vniuersalis inquisitionis, prout testatur Farinac. quest. 188. n. 68. & ego in Hispania sic praedicti vidi, & laud defendit Simanc. cathol. instr. 2. 64. rub. de testib. n. 38. & seq. & in encyrid. vol. relig. tit. 35. rub. de testib. n. 18. & in addit. ad Zanch. in tract. de heretic. c. 2. Pegna 3. p. direct. q. 64. com. 113. v. illa est etiam, vbi licet contrariam sententiam dicat esse veram, at haec esse benigniorem, & fauorabiliorem fidei, ac prout de quaeri posse Lelius Zech. sum. 1. p. 2. de fidei rub. de heret. c. 11. n. 14. vers. & idem si sit socius criminis. Mascard. de probation. l. 2. conclus. 857. num. 3. Rojas tract. de heretic. p. 2. num. 153. & seq. Sigismund. Scaccia. tract. de iudic. c. 82. num. 3.

7 Quarta difficultas est, an huiusmodi testes inhabiles infames, criminosi, socij criminis, excommunicati admittantur in defectum aliarum probationum? Non desunt, qui censent solum in illo casu admitti debere, vt docuit Emeric. p. direct. q. 69. quia solum in illo casu reputatur eorum admissio necessaria. Ceterum omnino talis sententia reuocanda est, quia contraria videtur textui, in fidei fauore, vbi dicit Potifex, in fidei fauore hos admitti posse praesertim in defectum aliarum probationum, aduerbium enim praesertim ampliativum est, & denotat in omni casu admittendos esse, maxime in illo. Dictiones enim maximè, & praesertim, explicat casum minus dubitabilem, & implicat, seu supponunt magis dubitabilem, vt copiose scribit Alberic. in suo dictionario, in verbo praesertim, & multis relatis docet Gutier. l. 1. canon. 99. c. 20. à num. 5. & optime probat Sanch. l. 2. de matrim. disp. 39. n. 6. in princ. ex textu in cap. litteras de testib. spoliat vbi de consensu § super plagij, C. de repudiij, & aliis pluribus legibus, & Doctoribus comprobatur Fatina q. 62. n. 50. Ergo non esset specialis fauor fidei hos admittere, si solum admittendi essent in aliarum probationum defectum, contra textum in e. in fidei fauorem. Et ita hos esse admittendos, siue adfint aliae probationes, siue deficiant, docuit Ioann. And. in dict. e. in fidei fauorem, n. 3.

Vmbert. Locat. in iudic. inquisit. verbo excommunicati, num. 4. Syluest. verbo hereticus, §. 2. n. 6. in princ. Repert. inquisit. verbo testes, sub verbo est tamen Farinacius q. 188. Sigismund. Scaccia de iudic. c. 82. n. 2. in fine. vers. vel ponderando illud aduerbium praesertim Simancas in encyrid. vol. relig. tit. 35. rub. de testibus n. 17. Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 35. n. 1. & alij.

8 Quinta difficultas est, an hi testes possint admitti in heretici defensionem, si ab ipso inducantur? Negat Farinacius q. 188. n. 81. Gundifalu. tract. de heret. q. 13. n. 14. Repert. inquisit. verbo testes vers. an illi testes inhabiles Bollius tit. de hereticis num. 3. vers. non admittuntur tales testes ad defensionem Ioan. à Rojas singul. 188. n. 9. & 10. & tract. de heret. part. 2. n. 177. assert. 49. & faciunt scripta per Crotiom de testib. 104. & Gigas de crimine laesa maiestatis lib. 2. rub. quomodo. & per quos crimen laesa maiestatis probetur q. 17. Moutur ex dicto cap. in fidei fauorem vbi in fauorem fidei conceditur hos ad testimonium admitti contra hereticos, credentes, fautores, defensores, &c. Ergo per argumentum à contrario admitti non possunt pro ipsis. Ceterum credo pro ipsis admitti posse, etiam non faciant plenam fidem praecipue cum defensio aliter haberi non poterit: si enim ob fauorem heretici, & actoris ad probationem criminis admittuntur, cur admitti non debent in fauorem delinquentis ad eius innocentiam probandam? Neque textus in fidei fauorem, contrarius est, quia fauor fidei est hos testes inhabiles admitti, etiam dum esse non possint aliae probationes. An in heretici defensionem solum in aliarum probationum defectum: & ita tradit expresse Anton. Gomez. tom. 3. variarium c. 12. rub. de probationib. delict. n. 23. Farinacius sibi contrarius q. 62. n. 97. & facit textus in cap. litteras, de praesumptionibus, vbi frater in crimine heretici admittitur ad purgationem fratris, cum omnes domestici iure ciuili, & canonico à testimonio in fauorem ipsorum domesticorum repellantur, vt constat ex l. testes, ff. de testibus, & cap. si testes §. testes 4. quest. 3.

9 Sed quid de familiaribus, consanguineis, & domesticis, valet enim eorum testimonium, si pro teo inducantur? Negat plures, quos congerit Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 857. num. 24. Crotiom. tract. de testibus n. 104. Farinacius de heret. q. 188. n. 149. & mouentur ex cap. filij, de heret. in 6. vbi loquens de eo, qui tempore mortis consolationem ( seu verius desolationem ) ab hereticis postulauit, quem non esse tunc laeae mentis probare nitebantur filij vel heredes, dicitur casu quo de suo probandum sit non per vxores, filios, familiares, vel de suis aliquos: sed per testes alios fide dignos, & specialiter fidei relatores probandum esse. Et ratio est, quia ij ob consanguinitatem, amicitiam, vel subiectionem praeterea veritatem occultatos, cum sua interest delinquentem à delicto liberare. Ceterum credo hos admittendos non esse tanquam integros testes ob nuper dictam rationem. At vt testes dimittatur veritatis, seu non integre opinionis admitti possed innocentiam probandam, cum nullo iure expresso reprobantur exclusi, imò potius admitti in cap. litteras, de praesumptionibus. Neque obstat textus in cap. filij. Intelligi enim poterit primo non esse admittendos tanquam testes integros, & plena fide dignos, vel ad probationem aliorum testium, quibus probatum fuit defectum laeae mentis fuisse, cum more hereticorum consolationem in extremis postulauit, in quo casu domestici à testimonio dicendo excluduntur, quia receptum est à communi sententia testes reprobatorios debere esse omni exceptione maiores, ex textu in e. ibi glossa, in verbo Stephanus Papa, de exceptionibus & tradit speculator in tit. de testibus reprobatorios, in princ. & n. 3. Rota sit. de rescriptis in antiquis, decis. 22. Grammatic. consil. 12. num. 31. Boetius decis. 40. n. 130. Hippolyt. Riminald. alius relatis consil. 809. n. 70. lib. 7. quae doctrina à fortiori procedit, si agatur de reprobatis testibus omni exceptione maioribus. Tunc enim citatum est testes reprobatorios similes qualitatis esse debere, ex l. nihil tam naturale, ff. de regulis iuris, Absurdum enim est quibuslibet obligatum esse probare causam per testes omni exceptione maiores, & aduersarium illos reprobare posse per testes dimittuntur opinionis. Non igitur ex supra dicto textu in cap. filij inferitur innocentiam rei probari mallatenus possit, si solum reprobatur non posse probari reprobando testes legitimos, quibus rei malitia probata est: & ita hanc sententiam defendit Gib. lib. 7. conclus. 22. n. 7. vers. contrarium voluit. Campejus de testibus regul. 5. in 9. fallentia, Mascard. de probatibus, lib. 2. conclus. 857. n. 27. & 28. Lelius Zechius sum. 1. part. tit. de fidei rub. de heret. c. 11. n. 14. vers. quid verò ad domesticos. Farinac. Pegna 3. p. direct. com. 119. vers. & quamuis, vbi admittit testes domesticos, si probatae sint, & maxime, si cum alio omni exceptione maiore iunguntur Farinacius de testib. q. 54. n. 118. & q. 55. n. 73. & de heret. q. 188. n. 150. & 151.

§. III.

Qua ratione examinandi sunt supradicti testes, eorumque testimonium publicandum.

- 1 Omnes compelli possunt (exceptis capitalibus inimicis) tametsi absint, & extra iurisdictionem Inquisitoris existant.
- 2 Debent per litteras requisitorias citari, & vocari.
- 3 Possunt examinari lite non contestata, & parte non citata.
- 4 Apponitur limitatio citi pars est potens, sed non admittitur.
- 5 Testes examinari parte non citata, iterum examinandi sunt, si pars aliquid opponat.
- 6 Testes cum ex prima instantia examinantur, debent examinari coram Notario, & duabus personis discretis iuramento iure, ac iura contrarium obtinuit.
- 7 Facta testimonio depositio, publicanda est reo iunctis nominibus testium.
- 8 Testes non sunt cum reo confrontandi, nisi in duplici casu.

1 Concors est omnium sententia compelli posse omnes (inimicis capitalibus exceptis) ad testificandum de hæresi criminis, quoties ad cognitionem veritatis id expedire videri fuerit Inquisitori, ita ut cogi possit frater aduersus fratrem, & filius aduersus patrem, & vxor aduersus maritum: sic pluribus sumat Farinacius *questione. 188. numero. 2.* Neque defendere se potest vocatus ex eo quod extra terminos iurisdictionis Inquisitoris exeat vitra duas dicitas in quo casu testis compelli non potest ad comparandum *cap. nonnulli, de rescriptis. cap. hactenus, eodem tit. in 6.* quia favore fidei hoc privilegium æquibus tributum est, & Inquisitoribus (& idem est de Episcopis in causa fidei procedentibus) concessum, ut possint testem quatuordecimque abientem vocare, & citare, & ad comparandum compellere, iuxta textum in *cap. ut officium paragrapho demque, de hæreticis in 6.* & ibi notant omnes, & specialiter Simancas *causæ inquisitionis. tit. 34. rubr. de Inquisitoribus Apostolicis, num. 24.* Rojas *singul. 95.* Eymers, & Pegna *tertia parte, questione 74. commentario 123.* Cautè tamen, & prudenter, ut bene dicit Pegna, agendum est, præcipue cum viris illustribus, qui potius rogandi, quam trahendi sunt, & aliquando contententur etiã, vi Inquisitor ad examinandum testem adeat ut si sit mulier honesta, aut religiosa, quam non deest domo erire, & in iudicium trahi, vel alteri vires committat, quas committere posse diximus ex rescripto Urbani quarti, incipiente *Licit ex omnibus*, & tradit Pegna *tertia parte, commentario demum, Farinac. quest. 188. num. 20. & 21.*

2 Ratus hac vocatio, & citatio testis extra iurisdictionem Inquisitoris existentis fieri debet ab Inquisitore per litteras requisitorias ab Episcopo, vel Inquisitore illius diocesis, ne videatur eorum iurisdictionem offendere: in hac tamen requisitione non est illi opus processum transmittere Inquisitore, vel Episcopo requisito, sed eo ipso, quod Inquisitor dixerit sibi opus esse hoc, vel illo teste, pro causa fidei, expedienda, tenetur requisita Episcopo testem transmittere; aliàs censetur impedire inquisitionis officium: sic notant Pegna *dico commentario. 123. vers. neque Episcopus*, & ex illo Farinacius *questione. 188. num. 4.*

3 Testes in hoc crimine examinari possunt lite non contestata, & parte non citata; quia in hac causa non arctatur Inquisitor formam iudicalem seruare, sed procedere potest simpliciter, & de plano *cap. finali de hæreticis in 6.* & tradit Rojas *singul. 125. Motil. pract. crim. paragrapho diligenter. n. 158.* Simancas *causæ inquisitionis omnibus, titulo 64. rubr. de testibus, numero 15.* & in *encheirid. tit. 35. eadem rubrica de testibus, num. 8.* Farinacius *quest. 188. n. 15.* Pegna *2. part. directi commentario 19. in cap. veritatis, de dol. & cont. & alij apud ipsos.*

Difficultas est, an sic examinari probeant: Videtur negare Farinacius, & Pegna *loco allegato*, & Arnoldus, & Albertinus sequidem dicere debent: testem repeti parte citata, ut probeant contra inquisitum, & solum ad inquirendum iurare. Cæterum credo sic examinatos non solum iurare ad inquirendum, sed etiam probeant contra reum; aliàs nullus esset fidei fauor factus, cum in qualibet causa testes examinari parte non citata, liteque non contestata iurent ad inquirendum, specialiter contra reum. Neque inde fieri posse reum ex talium dispositione, absque citatione condemnari; quia ad condemnationem non solum requiritur probatio delicti, sed probatio delicti ab inquisito non infirmata, ad cuius effectum necessaria est citatio. Deinde, quia satis recepta sententia est, & in generalis inquisitionis supremo tribunal practicata, testes examinatos parte non citata repetendos non esse, saltem cum inquisitus annuere eorum examinationi, neque repeti postulat, ut aliis relictis optime docet

Farinacius *questione 72. numero 149. & de hæresi, quest. 188. num. 27. vers. contrarium.* Ergo signum est valere depositionem testium parte non citata: & ita tenet Mascardus *lib. 2. in præfat. questione 5. numero 41.* Placha in *epitom. delict. cap. 19. numero 17. vers. quod convinci possit.* Farinacius *questione 72. numero 115. & de hæresi, questione 188. numero 14.* Simancas *causæ catholicæ instit. tit. 64. rubr. de testibus num. 16. & 28.* Rojas *singul. 196. D. cianus tract. crim. lib. 5. cap. 20. num. 24. & alij apud ipsos.*

4 Limitant tamen Rojas *suprà num. 6.* Decianus *cap. 35. num. 15.* Patius in *consil. 2. num. 7.* & alij relati à Farinacio *questione 72. numero 116.* ut intelligatur, quando inquisitus est potens, & ob eius potentiam timeatur aliquid testibus damnnum euenturum, ob quam rationem nomina testium non publicantur. Verum probabilius existimo etiam remota potentia inquisiti non requiri citationem rei ad valorem depositionis testium antea factæ, sed solum, ut ipse opponat, si quid habet aduersum; sic Simancas *loco allegato.* Calderinus *tract. de hæreticis rubric. de mat. process. inquisit. numero 2.* Cattetus *tract. de hæreticis, numero 121.* Bart. Comen. *Lucerna inquisit. verbo tortura, numero 51.* Reperitur inquisitor, verbo testes, *vers. item nota.*

5 Ex his inferretur decisio illius questionis, an testes examinati parte non citata, sint iterum post citationem examinandi?

Et respondeo cum communiori sententia iterum examinandos esse, si inquisitus, & citatus aliquid opposuit, vel interrogatoria dedit, quibus veritas amplius inuestiganda sit. Nam si opposuissent testes, & interrogatoriis requisiti non satisfaciant, ergo iterum examinari, ut depositiones factæ firmæ permanent: sic Arnoldus, Albertinus *tract. de agnoscend. assertionem cathol. & hæreticæ, questione 34. à numero 16. & seqq.* imponit Pegna *2. parte directiorij, commentario 19. ad cap. veritatis, de delo. & contum Sigismundus Scaccia tractatus de iudic. cap. 98. n. 7. vers. si loquimur.* Farinacius *quest. 188. num. 22.* Dixi, examinandos iterum esse, quando inquisitus dicit testium se opposuit, & interrogatoria dedit; sed verò si nihil horum fecerit, quia tunc repeti examen necesse non est, cum eorum depositio non infirmetur, ut multis allegatis docet Farinacius *quest. 72. numero 149. & de hæresi, quest. 188. num. 27. sine.* Ex officio tamen iudicis repeti ponuntur, & saepe repetuntur in criminalibus, quoties de grauissimo præiudicio inquisiti agitur, ut bene notauit ex Montemar. in *pract. Archiepiscop. cap. 84. num. 58.* Farinacius *de hæresi, dict. quest. 188. num. 27.* & fauere quæ dixi *quest. 73. n. 9.* Quando autem testes jam examinati iterum examini subiiciuntur, debent summariè referre primam depositionem, quin eis legatur, vel ostendatur, neque satisfaciant, si se generaliter ad prima dicta referant. Nam cito in aliis depositionibus hoc fieri possit, ob variationis periculum vitandum, iuxta consilium Bart. in *l. eos qui diuersa n. 6. ff. de falsis.* At in crimine hæresis, ubi ex testimonio depositione tam graue damnus inquisito prouenit, quodque vitare facili non potest, eo quod nomina testium non publicentur, neque illorum copia datur inquisito, necessarium est in secundo examine deponere, ac si tunc primo testis examinatus fuisset, ut sic veritas melius cognoscatur: sic Simancas in *encheir. violat. relig. tit. 35. rubr. de testib. n. 10.* Rojas *singul. 206.* Farinacius *9. 188. n. 35.* Solum in casu quo longum tempus inter primam, & secundam depositionem præcessit, poterit tunc testis deponere, prout recitatur, addens ex integro se remittere ad primam depositionem, & per illam velle hanc secundam corrigi, si forte in aliquo fuerit illi contraria: ratione enim præsumptæ obliuionis hoc potest admitti. Rojas, & Farinacius *suprà.*

6 Item cum testes ex prima instantia examinandi sunt, aut eorum examen repetendum, debent coram Notario, & duabus discretis, religiosisque personis examinari: quod si Notarius deficiat, potest eius defectus aliis duobus viris honestis suppleri: habetur expressè in *c. ut officium, hæret. in 6. §. verum.* Nominè religiosæ personæ, intelliguntur honestæ, siue clerici, siue laici sint, quæ si in fine depositionis, & postea per Notarium lectæ, à teste confirmatæ assint, satisfaciunt depositioni supradictæ, ut sic Eymers *3. part. directi rub. quot per se esse debeant in examinatione testium, n. 81.* & ibi Pegna *comment. 20.* Aduerto tamen ratio ad examinationem rei, & testis has personas adhiberi, sed vius obtinuit in præsentia Notarij, & sic talis tantum examinari Quapropter Franc. Pegna cum Eymers *3. part. directi. q. 63. c. m. 112.* existimat has personas solum ex consilio non ex præcepto adhibendas esse. Dixi, si Notarius deficiat, eius defectum suppleri posse duobus viris honestis, quorum vnus scribere debet, & alter scripta subscribere: neque opus est vtrumque dicta testium scriptis mandare: sic Vmber. *Locat. in iudic. inquisit. verbo Inquisitor. num. 29.* Pegna & Farinacius *suprà,* & alij apud ipsos.

7 Facta autem testium depositione reo publicanda est, suppreffis nominibus testium, & delatorum: ex text. expresso in *c. fin. de hæret. in 6.* & hoc ob fuorem fidei, ne testes arceantur à depositione tam grauis criminis. Ex qua ratione inferretur inamiffè dandam non esse delato copiam cognominum testium, neque ali-

DE  
STR  
A  
TOM,  
N  
L

quarum circumstantiarum depositionis, ex quibus deuenire potest in noticiam aduersus illum deponentis sic Eymet. 3. p. dire. 2. n. 119. & ibi Pegna comm. 29. q. 75. comm. 124. Lelius de-  
chius sum. 1. part. tit. de fide, rub. de heresi, cap. 1. n. 14. vers. id quoque Farinacius de heresi q. 188. n. 7. & 8.

Hæc autem doctrina procedit, quoties periculum testis, & delatoris ex publicatione timetur. Nam si nullum ad se periculum publicati nomina debent, sicut in aliis iudiciis, vt expressè dicitur in *suprad. textu*. Ceterum iam vix obtinuit se per hoc periculum præsumi, etiam si inquisitus potens non sit, quia eius confanguinei vel eius socij, & complices potentes esse possunt ad vindicandum. Item est periculi non leuis in religione detrimentum, si testes occultent delictum, quod aliis manifestarent sciens publicatio non esse. Adde, vt tota ratio dubiandi in hac parte, ipsique Inquisitoribus scrupulus auferatur, extat constitutio Pij. IV. incipiens, *Cum scius* quia sanctum est obligatos nunquam esse Inquisitores nomina testium delato publicare. sic Simanc. in *enchirid. tit. 35. rub. de testib. n. 14. & 15.* Repert. verbo nomina, vers. nunc videndum Franciscus Pegna 3. part. direct. 9. 75. comm. 124. vers. ita est verò. Farinac. q. 188. n. 12. Rojas tract. de heresi p. 2. n. 98. Ludovic. à Paramo de origine sanctæ Inquisitionis lib. 3. q. 4. rub. de expedit. process. num. 48.

8 Hinc à fortiori inferitur testes non esse cum reo confrontandos. Nam esto in aliis iudiciis, causis hoc sæpè expedit, vt reus sic facilius conuincatur, & veritate negare non audeat, iuxta textum in l. 1. postulatuerit, §. q. ff. ad legem Iuliam de adulter. ibi, *quæstioni interesse iubentur reus, reus, & patroni eorum, & qui crimen delulerit*. Tamen fauore fidei ne hac occasione abstinerent à delicto manifestando expeditio fuit eos ab hac confrontationis obligatione liberare: sic docuit Pegna 3. part. direct. comm. 23. n. 101. vers. aliis explicare potest, & comm. 48. n. 109. vers. se citari, &c. Montemar. pract. Archiepisc. c. 84. n. 6. Farinacius de heresi, quæst. 188. num. 28. affirmantes imprudenter facturam Inquisitorem, si testes renuentes confrontare compelleret extra duplicem casum. Primò cum testis est simul socius criminis, quia tunc ratione societatis in delicto, & non ratione testimonij confrontare compelleretur. Neque in hac compulsionem videtur sequi aliquod considerabile inconueniens, cum testis ipsam simul condemnent, & reus obligatus sit ipsum deponentem manifestare: sic Pegna direct. 3. p. 48. vers. sic secundum axioma. Montemar. pract. Archiepisc. cap. 84. num. 6. Martinus Delrio *disquisit. magic. lib. 5. in 2. appendice, quæstio. 39.* Farinac. q. 188. n. 30. Secundus casus est, quando dubium est de testium falsitate, neque appareat via, qua tollatur dubium, & veritas eluceat; poterunt tunc Inquisitores ad confrontationem testes compellere, ne innocens damnetur. Hoc tamen magna prudentia, & cautela faciendum est, & præcauendum omnino periculum testium, Quapropter censent infra referendi Doctores hanc confrontationem faciendam non esse ab Episcopo sine Inquisitore, vel e contra; quia est res grauissima: imò in generali totius orbis inquisitionis tribunalium nunquam hæc confrontatio fit, nisi ex decreto illustriſſimorum Cardinalium ibi præſidentium: sic docuit Pegna, & Farinacius *supra*.

§. IV.

Testes criminosi, & aliis inhabiles, & singulares qua ratione in hoc delicto probent.

- 1 Hi testes non integrè probant, & aliqua inde inferuntur.
- 2 Quis sit testis singularis.
- 3 Quotuplex singularitas in testificando.
- 4 Testes singulares singularitate obſtatia nihil probant.
- 5 Testes singulares singularitate cumulata, vel diuersificata probant, vt reus subici possit quæstionibus, vel vt condemnentur in penam extraordinariam.
- 6 In dubio, an testes de diuersis, an de vno actu deponant, præsumendi sunt de vno actu deponere.
- 7 Duo testes singulares omni exceptione maiores sufficiunt ex plurimum sententia ad reum condemnandum.
- 8 Probabilis est oppositum.
- 9 Testes deponentes de quodam actu hereticali; variantes in loco, & tempore, affirmant aliqui esse confestis.
- 10 Contrarium probabilis est, esse scilicet singulares.
- 11 Satis sit fundam. num. 9. adducto.
- 12 At si vnus testis deponit de actu hereticali tali loco, & tempore, & alius deponit, neque tempus designat, nec locum, confestis debent reputari.
- 13 Testes deponentes de eadem heresi, & verbis discordantes confestis sunt.
- 14 Ex depositione singulari trium, vel quatuor testimonij omni exceptione maiorum, affirmant plures te condemnari posse in pena ordinaria.
- 15 Probabilis est oppositum.
- 16 Satis sit contrario fundamento num. 14. adducto.

DE testibus aliis inhabilibus, vt sunt excommunicati, criminosi, socij criminis, ludæi, & heretici contra Christum, & alios, quos supra meminimus, communiis, & recep-

ta sententia est non integrè delictum probare, quia licet fauore fidei ad testificandum admittantur, admittuntur tamen vt periculo falsitatis dicenda subiecti, neque enim hoc periculum quod intrinsecum est, purgari potest admisione: sic pluribus comprobant Farinacius quæst. 188. n. 83. Pegna direct. 3. part. q. 64. comm. 113. vers. ceteris tamen. Mascard. de probationibus lib. 2. conclus. 857. num. 38. Ex quo fit duplici teste confestis, lociis criminis, aut aliis inhabilibus non posse reum ad penam ordinariam condemnari, etiam si iudicia, & circumstantiæ concurrant, quibus præsumi poterit veritatem deponere; quia huiusmodi iudicia, & circumstantiæ expostulantur, vt eorum dictum admitti possit; non autem expostulantur, vt integrè probent: vt legitur textum in dicto cap. in fidei fauorem, facile constare potest, & tradunt relati Doctores. Quocirca depositio vnus inhabilibus raro ad torturam sufficit, nisi aliis adminiculis, & præsumptionibus gravibus adiuuetur. Depositio duorum sufficit ad torturam, vel ad condemnandum reum in pena ordinaria; Trium, vel quatuor depositio ad condemnationem ordinariam sufficienter quia multitudine deponentium inhabilitas illorum reparatur, sic Pegna Mascard. & Farinacius *supra*, & alij apud ipsos, & tradit optimè loquens de crimine magis Mart. Delr. *disquis. mag. lib. 5. in 2. appendice, q. 12. 13. 14. & 15.* Adde neque etiam probatur delictum plene, & perfecte cito cum teste aliis inhabilibus cõtrariis testis omnino integer, & valde dignus, quia ex dignitate vnus non reparatur alterius defectus bene tamen reparatur, si cum vtriusque depositione alie circumstantiæ, & iudicia concurrerint: sic docuit optimè alios referens Pegna 3. p. direct. q. 64. com. 113. vers. sit iam tertium. Farinacius quæst. 188. n. 69.

2 Difficulus autem grauissima est de testibus singularibus habitibus, & fide dignis, an si plene probent delictum: Pro cuius decisione Præmitto primò testem singularem dici, cuius depositio contentem non habet, vel vt clarius dicam, cuius depositio cum nullius alterius depositione coniungitur, sed ab omni alia distincta est sic ex Bald. in l. de quibus. 39. ff. de legib. tradit Pet. Anton. Petra *tr. de fidei commiss. q. 12. n. 461.* Pegna 3. p. direct. q. 72. com. 12. col. 2. vers. test. singul. Farinac. de test. q. 64. n. 26. & 27.

3 Præmitto secundo triplicem enumerari à Doctores testium singularitatem, obſtatiam scilicet, adminiculatiam, seu cumulatiuam, & diuersificatiuam: sic ex Bald. in capite licet causam, num. 11. in principijs de probationibus, tradit Rojas de heresi, 2. part. assert. 6. n. 122. Pegna dicto comment. 1. 1. col. 1. vers. sed quo aperitur. Farinacius quæst. 64. num. 4. & alij apud ipsos. Obſtatia singularitas est cuius dictum alterius dicto obſtat, & repugnat. E contra vt adminiculata, seu cumulata singularitas est, cuius dictum alterius dicto fauet, & patrocinatur: vt si vnus deponat vidisse delinquentem, alius deponat se audiuisse vnus enim dictum alterius dicto fauet. Diuersificatiua singularitas illa est, cum ex testium depositionibus diuersis actus in specie, & in substantia colligitur. Vt si vnus diceret se comisse hæreticum tali die, & tempore, alius vero deponat alio loco, & tempore. Hæc igitur depositiones arguunt diuersas hæreticas factas fuisse, aliis si solum de vnico, eodemque actu testis vllent deponere, sibi ipsi obſtatent, & singularitatem obſtatiam in suis depositionibus haberent: sic multis relatis docent Pegna & Farinac. *supra*.

4 Præmitto tertio testes singulares singularitate obſtatia nihil probare; quia sibi inuicem aduersantur, & vnus dictum aliorum dictum infirmat, ac proinde minus probant plures, quam vnus tantum: sic post alios Rojas tract. de heresi, 2. part. assert. 6. n. 121. Albertin. in cap. 1. quæst. 16. n. 62. vers. & in hac singulariter habet locum, de heresi. in 6. Farinacius alios referens quæst. 64. n. 41. Quod si testes sint singulares singularitate cumulata, vel adminiculata sibi inuicem adiungunt, & licet coincidenter ex illis delictum non probetur, probatur tamen efficacius, vt de se constat, siquidem testis deponens de auditu cõdiuauat deponentem de visu, & deponens de fama fauet deponentem de facto: sic Caccialup. in l. ad mendum n. 86. in fine vers. dicit etiam Gabr. de probationibus lib. 2. conclus. 1. n. 5. Petra de fidei commiss. q. 12. n. 507. & seqq. & multis aliis exornat Farinacius quæst. 64. n. 113. & 126. & seqq. Idem licet non ita efficaciter reputari dicendum in testibus deponentibus singularitate diuersificatiua, cum ex vnus dicto alterius dictum non infirmetur, sed potius faueatur: sic Pegna 3. part. direct. com. 121. vers. test. est diuersificatiua. Gabriel. sit. de testib. l. 1. conclus. 2. n. 9. & hæc non infringit dicta testium.

5 Præmitto quarto testes singulares, singularitate cumulata, vel diuersificatiua, licet delictum plene non probent quoad penam ordinariam probant tamen, vt reus subici possit quæstionibus, & in penam extraordinariam puniri, quia delictum ex illorum depositionibus est plerumque semiplenè probatum: sic Pegna dicto comm. 121. col. 8. & 9. circa fin. com. Mascard. de probationibus lib. 2. conclus. 856. n. 12. & seqq. Parisius cons. 2. n. 53. lib. 4. Caldein. tract. de heresi. rubr. de sentent. inquisit. num. 1. Farinac. q. 64. n. 118. & de heresi, q. 188. num. 163.

6 Præmitto quinto in dubio, an testes de diuersis actibus, vel de vno tantum deponentes, si in loco, & tempore conueniant præsumendi sunt de vnico tantum actu deponere, ac proinde esse confestis, & non singulares. Ratio est, quia pluralitas

pluritas actuum non praesumitur, ex c. cum loannes, de fide in-  
fermentum. At si in loco, & tempore diversifit, & ex diversifita-  
tate diversitas actuum inferatur, praesumendi sunt de pluribus  
actibus testari, & non de uno, ac proinde esse singulares, sic  
pluribus relatis firmat Farinacius *quæst. 64. n. 317. & seq. usque  
ad finem quæst. iis politis.*

7 Prima difficultas est, si duo testes omni exceptione maio-  
res aduersus te deponant, quotum vnusquisque de suo actu  
hæreticis diversis depositione facit, redderis ne de hæresi conui-  
ctus, & subiectus condemnationi in poenam ordinariam?

Affirmant plures relati à Mascardo *conclus. 856. n. 8* Farina-  
cius *quæst. 64. num. 205. & de hæresi. quæst. 188. num. 155.*  
Pegna *director. 3. p. comment. 121. versic. ergo quantum ad pri-  
mam opinionem, ipsodæ sequitur Anton. Gomez tom. 3. c. 12.  
num. 12. ante medium, versic. secus tamen est.* Mouentur, quia  
hæreticis testes licet non concludenter probent aliquam hæresim  
in specie, probant tamen in genere, quia probant re hæreticum  
esse quidem per quamlibet hæresim hæreticus est. Et in hæc ge-  
neralitate concordat, & contentes esse videntur, & hoc fortiori  
mouet: si propositiones hæreticales à se firmate, vel actus hæ-  
reticos facti ad vnam sectam pertineant, v. g. si vnus testis ad-  
uersus te deponit ex obseruatione legis antiquæ Sabbathum cu-  
rit, alius ieiuniale, vel te circumcidit, permissis. Nam tunc  
vnus conuictus esse de illa secta, vt in hoc casu specialiter tradit  
Somasius in *enchorid. violata. relig. 2. 37. rubr. de testibus singu-  
laribus. num. 11. & tractat. de hæresi. tit. 94. num. 75.* Menochius  
*conf. 132. num. 138. lib. 1.* Farinacius *de hæresi. quæst. 188. num.  
117.* Petrus de *fidei commissis. q. 12. n. 700. versic. & hæc confide-  
rit.* Albertinus *1. quæst. 96. num. 81. de hæresi. in 6.* Conradus Bru-  
nensis *tractat. de hæresi. lib. 4. c. 9. ad finem.* sequentes Salycet-  
tus in *l. Titium. num. 16. C. de testibus.*

8 Ceterum probabilis credo, & in practica omnino tenen-  
dum ex vltimo prædictarum depositionum præcisè te non esse suf-  
ficienter conuictum hæresi, vt poenam ordinariam luerè possis:  
sic pluribus firmant Roias *tractat. de hæresi. 2. part. assert. 6.  
num. 142. & sequentibus. & num. 145.* dixit contrariam senten-  
tiam periculolam esse Pegna *directoris. versic. parte commenta-  
rii 1. versic. ceteris. commissis.* Mascardo *de probationib. c. 856.  
num. 13. & 14.* Ratio à priori est, quia esse non potest ge-  
neraliter in aliqua specie, neque species nisi sit in aliquo indiui-  
duo. Ergo non potes probari hæresim in genere, quin probe-  
ris aliquo actu indiuiduo: atqui concluden-  
ter de nullo actu hæreticali in indiuiduo conuinceris per duos te-  
stes, vt casus supponit. Ergo nunquam redderis sufficienter ex  
eorum testimonio conuictus.

9 Secunda difficultas est, an si duo testes deponant te  
Mahometum adorasse, vel in obseruationem lux legis cæremonias,  
& lauatoria fecisse, deponunt tamen de loco, & tempore  
diuerso, an debeant dici contentes, vel singulares? Ratio diffi-  
cultatis est: quia vterque testis concordat in vna, & eadem hæ-  
resi, scilicet in adoratione Mahometi: discordat tamen in loco  
& tempore, quæ discordantia videtur esse extrinseca, ac proin-  
de insufficiens infirmare eorum testimonium. Probant ergo con-  
tentes. Item vel illi duo testes deponunt de eodem actu hæ-  
reticali, vel de diuerso. Si de eodem actu deponunt, iam testes  
contentes sunt: si autem de diuersis actibus est depositio, cum  
huiusmodi actus ad eundem finem tendant, & ad eandem hæ-  
resim pertineant, æquialiter de eodem actu deponunt. Et confir-  
matio. Si vnus testis probaret te furatum esse passum à Petro  
de loais, & alius deponat te Venetis sequenti apud te retene-  
ram vultisse, manifestè videris conuictus de furto, etiamsi de  
diuersis actibus fuerit facta depositio, quia in eadem materia, &  
in eadem specie furti conueniunt. Similiter ergo videtur dicen-  
di de depositione facta alicuius hæresis specialis. Et ita per  
duos testes probari integrè te hæreticum esse, & vt talem con-  
demnari posse, defendit Conradus Brunus *l. 4. de hæresi. cap. 9.  
non longe à fine.* Albertinus *tractat. de agnoscent. assert. 9. 14. num.  
2.* Somasius *de catholice infirmis. tit. 64. num. 75. & 76.* & adducit  
pro se D. Thom. 2. 2. *quæst. 70. art. 2.*

10 At tenendum est hos duos testes singulares esse, neque  
omnino, & plenè hæresim probare: sic docuit aliis relatis sapi-  
entissimis, & satis de inquisitione benemeritis, Pegna *3. part.  
direct. comment. 121. circa medium, versic. commissis.* igitur vbi probat  
manifestè cum Cajetano, & Soto D. Thom. huius esse sententia,  
eundem acriter defendit Roias vocans contrariam, periculolam,  
*l. de hæresi. assert. 6. n. 145.* Mascardo *de probatio. l. 2. conclus. 856.  
n. 13.* Farinacius *q. 64. n. 217. versic. versic. & pro hac opinione fa-  
cit expressè textus in cap. nihilominus. 3. quæst. 9. ibi neque ite-  
rum voces, tanquam plurimum admittuntur, quos tempus di-  
uinitas simul interfuisse prohibuit, & notat ibi glossa, & alij in-  
numeri, quos referendo sequitur Farinacius *diâ. quæst. 64. num.  
74.* Ratio ea est, quia testes deponentes de hæresi commissa di-  
uerso loco, & tempore non deponunt de eodem numero actu,  
sed de diuerso, cum impossibile sit eundem actum, v. g. eandem  
propositionem hæreticè longo tempore, imò vix vnico die  
continuari. Sed testes deponentes de diuerso actu singulares sunt  
& non concordat. Ergo non plenè probant. Neque obstat teim*

pus, & locum non esse de substantia hæresi, neque esse articu-  
lata, quia sufficit quòd tempus, & locus inducant diuersitatem  
hæresis, vt depositiones singulares sint, & non contentes, vt  
ex Aymon. Albertin. & aliis notat Farinacius *diâ. quæst. 64.  
num. 80.*

11 Ad rationem dubitandi respondeo, etsi temporis & loci,  
diuersitas extrinseca sit hæresi, non tamen est extrinseca, quoad  
depositionem, cum faciat diuersas depositiones. Adde hanc di-  
uersitatem temporis, & loci non extrinsecam, sed intrinsecam  
hæresi quoad eius indiuiduitatem videri: siquidem pro varietate  
temporis, & loci diuersa numero hæresis constituitur. Ad primâ  
confirmationem dico de diuersis actibus deponere, etsi tendant  
ad eundem finem, ad eandemque hæresim in specie pertineant:  
sicut si quilibet testis de homicidio commisso hoc mente testa-  
retur, & alius de commisso mente antecedenti deponeret, nam-  
que de diuersis homicidiis, & sic essent singulares, singularitate  
diuersificatiua, quòd si de vno tantum vellet deponere, sibi ipsi  
obstarent, & fidem tollerent. Ad secundam confirmationem  
concedo illos duos integre probare futurum: quia probant  
de eodem actu continuo, non de diuerso: etentio enim eundem  
rei est idem actus continuus cum prima illius vltimæ ratione. Quo-  
tieticumque autem testes deponunt de eodem actu continuo,  
non singulares, sed contentes dicuntur, vt tradit glossa in *d. c. ni-  
hilominus. 3. q. 9. versic. simul, versic. si tamè aliquem actum con-  
tinuum.* & ibi præpositi n. 7. Caccia. sup. in *l. admonens. n. 84. ante  
med. versic. versic. non est factum instantaneum. ff. de iureiur. Pet.  
de fideicom. q. 13. n. 625. & 647. & n. 701. & 721. in princ. & aliis  
in locis, puces ceteris iam q. 64. n. 9. & 91. pluribus com-  
probat testes deponentes per foramen vnum post alium adul-  
terium, copulam vel alium actum vidisse, integre probare: quia  
ex quo vident vnum actum continuatum, simul vident dicuntur,  
vt optime tradit alios ceteris Pegna *diâ. comment. 21. post med.  
versic. postremo illud hoc loco.* Anton. Gomez *tom. 3. rubr. de probas.  
delicti. c. 2. n. 2. versic. etiam intelligo.* Mascardo *de proba-  
tionib. lib. 1. concl. 59. n. 17. & 18. & concl. 61. n. 2.* At in nostro  
casu, cum in tam diuerso tempore, & loco eadem numero hæresi  
continuari non possit, effectus sane hic deponentes de diuersa  
de posuisse, atque ad eo singulares testes esse.*

12 Sed inquires, Quid si vnus testis deponat te Mahome-  
tum adorasse tali loco, & tempore, & alius deponat de eadem  
adoratione abiolute, abique signatione loci & temporis, quia  
illorum non recitaturur huiusmodi testes contentes sint, &  
non singulares?

Respondeo esse contentes, sed non integre, idèque non plenè  
ex illis delictum probari. Priorem partem, scilicet esse con-  
tentes, defendit Petra *de fidei comm. q. 12. n. 493. 756. & 877.*  
Crotus *de testib. p. 7. n. 321. in princ. versic. versic. sic concl.* Farin-  
acius *relatis 64. n. 74.* Et ratio est, quia testis deponens de deli-  
cto abique signatione temporis, conuenit cum deponente de  
eodem delicto facta temporis signatione: cum vterque de eod-  
dem delicto deponat. Ergo in illa depositione in quantum ad  
substantiam, contentes sunt. Secundam verò partem, scilicet non  
esse integre contentes ex se patet, quia ad hanc integritatem ni-  
hil speciale habere debet vna depositio ab alia: at vna de-  
positio signat tempus, & locum, quòd alia non signat. Ergo  
item qua ex huiusmodi defectu tale testimonium non est ple-  
num. Nam licet in ciuilibus necessarium non sit testi deponenti  
signare locum, & tempus præcipue si antiquum sit, nec de illis  
interrogatur. At in criminalibus, vbi clariotes probationes re-  
quiruntur, necessarium est? alias testi deponenti de delicto,  
loco, & tempore non signato fides integra non habetur, vt  
pluribus relatis defendit Farinacius *quæst. 64. num. 107.*

13 Tertia difficultas est, an duo testes deponentes de eadem  
hæresi commissa eodem loco, & tempore, si in verbis discordent,  
facient plenam probationem? v. g. vnus deponit de tali loco, &  
tempore dixisse imagines venerandas non esse, alius deponit  
de dixisse inutile & abiolendam esse vium sacrarum imaginum, qua  
in re Arnoldus Albertin. *cap. 1. quæst. 16. n. 42. de hæresi. in 6. &  
tractat. de agnoscent. assert. cathol. q. 34. n. 47.* exillimant hos con-  
tentes non esse, sed singulares, hæresimque non plenè probare. Mo-  
uetur, quia hæresis verbis commissa, in verbis constituitur: in ver-  
bis huiusmodi testes conformes non sunt; ergo non sunt con-  
tentes. Ceterum omnino affirmandum est hos testes contentes  
esse, & plenè delictum probare, docuit Pegna *3. part. direct. q.  
71. comment. 121. post. medium, versic. verum tamen.* Roias *tractat.  
de hæresi. part. 2. assert. 6. n. 132.* Mascardo *concl. 856. n. 18.* Farina-  
cius *q. 64. n. 60. & 212. & quæst. 65. n. 22.* & adducit Bald. in *c.  
bona. de elect. vbi dixit, quod si sunt duo testes, quorum vnus de-  
ponit, quòd Titius promisit Scio duos solidos alter verò quod  
promisit 24. denarios, vterque illi testes erunt contentes, & proba-  
bunt, nisi interrogati essent de qualitate vocis, & verborum for-  
malitate: & facit textus in *c. nihil. obstat. de verb. signif. ibi nihil  
obstat narrandis diuersitas, vbi eadem dicuntur.* Ratio autem est,  
quia ea verba licet materialiter distincta sint, formaliter tamè ea-  
dem sunt, quia eundem sensum, eandemque significationem hab-  
ent in qua significatione vis verborum consistit. *c. intelligencia,  
c. praterea, de verborum significat.* Ergo testes de illis deponen-  
tes, non diuersi formaliter sunt, sed potius similes, & conformes  
Deinde*

DE  
STR  
ALAN  
TON,

Deinde depositio facta per eadem formalia verba, suspicio- nem arguit falsitatis, ex textu in lib. 3. §. 1. ibi. unum, eundem- que praeiudicium sermonem, & ibi Doctores ff. de testibus. Petrus de fidei commissis. quae. 12. num. 1111. & 1112. Malcard. lib. 2. de probat. concl. 745. num. 16. & lib. 3. conc. 1368. n. 6. Farinacius pluribus exomans q. 65. n. 24. Ergo discordia in cortice verborum cum omnimoda conuenientia in sensu infirmare non potest, testimonium deponentium, sed potius illud facit credibilis, vt recte ex D. Thom. 2. 2. q. 70. art. 2. ad 2. ad 2. argum. & ex Soto de iustit. l. 5. q. 7. art. 2. ad 1. argum. probat. Pegna dist. comm. 121. circa finem, vers. sim. vsque. ad eo. Item satis receptum est inter Doctores modicam contrarietatem testium eorum fidem non infirmare, vt constat ex pluribus, quos referunt Malcard. de probation. lib. 3. concl. 1361. n. 5. in fine. Farin. q. 65. num. 34. Sed nulla potest esse minor diuersitas, & extra rei substantiam, quam diuersitas materialis verborum. Ergo, Adde testes tunc dici con- testes, quando inferunt identitatem facti, singulares, quando ex eorum dictis recipit factum (separationem, sic Fallet. in practico crimin. verbo idem quod commisit falsitatem. n. 28. Viuan. in commun. opin. verbo testes singulares non faciunt fidem. n. 5. & tradit Caccialup. in l. admonendi. n. 87. post mod. vers. & quando testis, & n. 89. in princ. At ex horum depositione non inferunt separata haereticis, sed potius vna, & eadem cognitio. Aduertendum tamen est, si testes de verborum formalitate examinati essent, & vnus de vnijs verbis, alius de alijs deponeret, in tali casu nihil probarent, quia tunc in substantia depositionis discordes essent. sic docuit Riminald. concil. 549. n. 7. lib. 3. Roland. conf. 33. n. 22. vsque ad finem. lib. 2. Farin. quae. 64. n. 68. & 69. Malcard. de probat. concl. 856. n. 19. & concl. 1361. n. 9. & concl. 1368. num. 7. Petrus in tract. de fideicom. q. 12. n. 533. & n. 316. 894. & 1292.

14 Quarta difficultas est in tribus, vel quatuor testibus singu- laribus omni exceptione maioribus, quorum quilibet de sua propositione, vel actu haereticali deponit, sufficienter censuris conuictus ad penam ordinariam: Affirmant plures nec penitendi Doctores. Capol. conf. 4. in fine. Matfil. conf. 1. n. 71. & singul. n. 4. inepitente. Vulgarum. & tritum est. Caccialup. in repetit. l. admonendi. ff. de iurjur. vers. parit. igitur. Franc. Brunus tract. de iudic. & tortur. p. 1. q. 2. n. 6. Simancas tract. de haereticis. 64. n. 77. Tira- quet. de penis tempor. caus. 51. n. 106. & alij relati a Pegna, & Farin. loca statim alleganda. Fundamentum praecipuum esse potest, quia testes singularitate diuersificatiua deponentes mutuo se iurant, & adiutorio probari integre delictum potest, tre quia non est credibile tot testes spectatae virtutis, & prudentiae falsum deponere. Adde manifestum inconueniens, scilicet posse haereticum plures e populo percellere, & ad suam falsam opinionem trahere, quoniam possit conuinci, si vnumquemque solum doceret.

15 Ceterum credo ex multitudine testimonium singularium pen- nem, vt haereticum in penam ordinariam condemnari posse sic tenuit Berouius in e. licet causam n. 43. vers. istud tamen di- ctum, de probat. Crot. de testib. p. 7. n. 326. vers. sed credo illam non esse veram. Peg. 3. part. direct. comm. 12. 1. vers. usque vt in hac quoque causa. Rojss. de haereticis. p. 2. assert. 6. n. 146. & seq. Farin. q. 84. n. 305. & fauor Concilium Narbonense, & Bituricense, prout refert Pegna supra. Ratio praecipua est, quia non potest integre, & plene probari quis haereticus, quin de illo haereticus integre, & plene probetur. At cum testes sunt singulares, haereticus plene pro- bari non potest, quia haec probari non potest, nisi probato actu haereticali. Cum ergo nullus actus haereticus integre, & plene probetur, efficitur sane haereticum nunquam esse plene probatum. Et confitendo. Vnus depositio cum alterius depositione non con- iungitur, quia sunt de re omnino distincta. Si ergo prima deposti- tio in se imperfecta est, & delictum plene non probat, ex adiectu alterius, quae de re alia distincta deponit, perfecta reddi non po- test. Adde communem illam doctrinam glossae in cap. veniens, ad 1. verbo illorum de testibus, quamque tradit Bart. in l. si quis ex argentarijs. §. 1. ff. de donato. Ex pluribus, inquam imperfectis probationibus in criminalibus, non coalescere vniam perfectam, sed semper imperfectas remanere. Denique in alijs criminibus non conceditur perfecta probatio ex multitudine testimonium singu- larium. Ergo a fortiori non est concedenda in hoc haereticis crimi- mine, in quo tot genera penarum conueniunt, & vberiores, elatioreque probationes requiruntur propter truncatam, & de- miuram defensionem reorum quibus nomine testimonium non pub- licatur. Saep enim testes, qui alias reputantur omni exceptione maiores, iudicantur inhabiles, & defectuosi, si reo manifesta- tur, quia obicitur poterat defectum nobis ignotum.

16 Neque obstat fundamentum contrarium. Fateor namque depositiones singulares se mutuo aliqua ratione iurare, quatenus quelibet magis firma, & probabilis redditur ex alterius confes- sione, sed talis maior firmitas, & probabilitas eum sit orta a causa extrinseca, scilicet ab alia depositione extrinseca, & accidentaria, non extrahit primam depositionem v.g. a probatione imperfecta quam habet, sed illam in suo modo probandi relinquit, ideoque ex multitudine depositionum singularium, quae imperfectae sunt nunquam vna probatio integra, & perfecta confluere potest, argument. l. vnic. C. qui num. tutel. se excus. & l. fauimus. §. si

quis autem C. de donationib. Ad confirmationem concedo delictum sic probatum praesumi verè esse commissum, ideoque reus il- lud negans torquendus est, quod si post questionem adhuc in ne- gatiua perseveret, abiturare debet de vehementi, ob vehementem delicti praesumptionem, quae pro torturam in hoc casu purgari satis non potuit, & insuper poterit condemnari in aliqua pecuniaria poena, vel in poena carceris, citremis, iuxta delicti, & personae qua- litate, & testimonio, quae contra se habet, quae condemnatione sic satis inconuenienti allegato pro prima sententia, sic docuit alios referens Farinacius q. 64. n. 218. & 219. Malcard. de probat. lib. 2. concl. 856. n. 12. & seq. specialiter num. 25. & 26. Pegna dist. comment. 121. post. medium vers. quoties quis.

§. V.

An duo testes contestes omni exceptione maio- res ad probationem plenam huius delicti sufficiant.

- 1 Sufficere probatur spectato iuris rigore.
2 At in practica nunquam executioni mandatur, si reus probata vicia sit.

1 Testes omni exceptione maiores sunt, qui nullam exceptio- nem patiuntur, e. licet, de testibus. Hos ergo & necessarios esse, & ad probationem huius criminis sufficere, manifeste videtur probare text. in e. nullam, §. sed hoc, in fin. 2. q. 4. ibi. Dicitur, vel trium, testium quilibet iure conuincit, & damnari poterit, iuxta Euangelium dicens, in ore duorum, vel trium stat omne verbum. A qua generali regula nullibi inuenitur haereticis exceptio: & ita hanc sententiam, vt pote communem, pluribus exponunt Al- bertin. in repet. c. 1. de haereticis. n. 6. q. 16. n. 531. Anton. Gomez tom. 3. variarum, c. 12. num. 9. Pegna 3. part. direct. quae. 71. cum Eymet. ibi, comment. 120. vers. laborum omnium sententia. Farin. quae. 63. num. 233. seqq. & de haereticis. quae. 188. num. 55. Locius Zech. 1. part. tit. de fide, rubr. de haereticis, cap. 11. num. 14. vers. quae vero ad numerum. Caxallos in eom. contra eum, quae. 721. n. 1. Simancas catholice. institus. titul. 51. rubr. de proba- tionibus. n. 8. & tit. 64. rubr. de testibus, n. 36. & enchirid. tit. 34. rubr. de probationibus. n. 4. & alij apud ipsos.

Neque aduersus hoc obstat textus in cap. praesul. 2. q. 4. vbi ad conuincendum Cardinalem, si Episcopus iur. testes 72. requiruntur, si presbyter, 44. si Diaconus vrbis Romanae, 72. si subdiaconus, acolytus, exorcista, lector, aut ostiarius, 7. Non, inquam, obstat quia ille text. solum loquitur de Cardinalibus, ob eius excellentem dignitatem, cui haec prerogatiua debetur, vt non in ea facile con- demnetur. Tum, praecipue, quia non loquitur textus de testibus fide dignis, sed de testibus inhabilibus qui cum a testimonio re- pellantur, in quoniam non est, si tot requirantur ad plenam fiden- aduersus Cardinalem. Quod autem supra dictus text. loquatur de testibus inhabilibus constat ex dict. e. nullam, ibi: Sed hoc particu- lari privilegio de clericis Romanae Ecclesiae intelligitur, vel propter inprobritate quorundam, qui cum non sint spectatae vitae, & scientiae, in accusationem ministrorum de repute profiliunt, quorum vero vita adeo laudabilis est, vt omnibus imitanda appa- reat, de quorum assertionem nulla dubitatio nasci poterit, eorum testimonio duorum, vel trium testium quilibet iure conuincit, & damnari poterit. Ex quibus verbis manifeste constat dispositio- nem e. praesul. emanasse ad reprimendam maiitiam aliquotum hominum peccatorum, qui aduersus Cardinales, clericosque Ro- manae Ecclesiae profiliebant accusantes eos, vt haec ratione ab officio remouerentur, ac proinde de his testibus talis numerus copiosus ex postulat, ac Cardinalem conuincendum. Adde con- suetudinem iam recepta supra dictam dispositio- nem e. praesul. om- nino cessasse sic Decius in e. si clericus, de iudic. in 6. Berouius ibi, n. 8. vers. Decius, Iulius Clarus practico. crimin. §. in q. 66. vers. sic debet etiam scire, plures referens Farinacius quae. 63. n. 244.

2 Verum est hoc ita sit spectato iuris rigore posse, inquam ex duorum probatorum testimonio reum conuincit, & in penam ordinariam condemnari ac credere, si deliquit probate v- te sit, id nunquam fieri debere, se opponeret, vel quatuor testes adesse, vel saltem aliquid alia iudicia, & circumstantias, quibus praesumatur delictum esse commissum. Ratio ea esse videtur quia in hoc crimine miquritur multum defensio rei, cum in eius praesentia testes non examinentur, neque eorum nomina illi im- nifestentur, quibus forte poterat aliquem defectum obicere, ob quem eorum testimonium non leuiter infirmaret. Quapropter Guido Falcon. relatus a Pegna dicto comment. 121. in princ. dixit duos illos testes vix duos esse, eo quod vt genere necessitate ordo truncatur, sic docuit Eymet. 3. part. q. 71. & ibi. Pegna com- ment. de haereticis. vers. quatenus autem haec vera sint. Rojss. 120. n. 56. & 57. Dixit, duobus testibus reum bonae opinionis conuinc- tum non debere damnari in penam ordinariam, quia in aliqua penam extraordinariam, arbitrio iudicis optime potest, vt al- ueretur relati Doctores, & supponunt omnes.





§. VI.

Qua poena afficiendus sit testis in hoc tribunali falsum deponens.

- 1. Qui dicatur testis falsus.
- 2. Testis falsus potest ab Inquisitore torqueri & puniri.
- 3. An possit inquisitor sine Episcopo, vel contra hunc testem puniri? Sub distinctione responderetur.
- 4. Testis falsus in crimine haeresis poena mortis afficiendus est ex plurium sententia.
- 5. An ex consuetudine receptum est poena arbitraria puniri.
- 6. Exipte nisi ille contra quem depositus, ut negatiuus fuerit morte afficiatur.
- 7. Si significatur poenitus non est, testis non est in poenam talionum condemnandus, etiam spectato iuris rigore.
- 8. Nulla est differentia inter testem falsum imponentem haeresim nunquam damnato, vel iam de illa damnato.
- 9. Poena arbitraria puniendum est testis falsus de confessione inquisiti.
- 10. Praesumitur obiectio, & soluitur.
- 11. Contra huiusmodi testem, tanquam contra fautorem haeresis, inquisitor procedere potest.
- 12. Non evitabit poenas, si testes nulla sit eius depositio.
- 13. Quod si testis se ipsum delinquit? Poena est arbitraria puniendus, & mitius.
- 14. Diffa de testibus extenduntur ad corruptentes mandantes, consentientes, &c.
- 15. Filii, & nepotes testis falsi condemnati non sunt infames, neque alia poena subiiciuntur, quibus subiiciuntur haereticorum filij.

Præmittit testem falsum dici non solum eum, qui mendacium dicit, sed etiam, qui veritatem occultat: habet ex parte ista de crimine falsi, ubi, uterque reus est, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit, quia & ille prodelle non vult, & ille nocere desiderat. Et hoc esse falsos testes testatur Lugo, q. 7. n. 2. o. nullum habere contradicentem. Modus autem imponendi falsum in crimine haeresis est, si propositionem haereticam, quam alius recitavit, vel interrogando protulit, tu testem confirmavit protulit: falsa enim est talis depositio, & crimen non committitur imponis, sic Pegna 3. part. director. q. 37. com. n. 12. v. s. meo modo sunt. Farinac. q. 188. n. 42. Simancas cathol. in si. 6. q. 4. rubr. de testib. n. 89. v. s. est quoque falsus testis.

Præmittit secundo testem falsum ab Inquisitore torqueri, & puniri posse. Nam licet satis inter D.D. controuersum sit, an delegatus possit testem aliqui sibi non subdito punire, si in suo tribunalis delinquit? Communior sententia defendit, si sit delegatus a Principi id facere posse, ut defendunt pluribus reatis Couar. pract. quæst. cap. 8. num. 8. v. s. quomodo, Farinacius quæst. n. 50. & segg. Pegna supra v. s. quantum ad primum, ergo a fortiori id facere poterit Inquisitor, quia non solum est de eorum Principis, sed et Pontificis ad vnam causam, sed etiam ad plures causas criminales. Deinde, quia consuetudine receptum est habere Inquisitores hanc potestatem, quam consuetudinem recitat Pegna loco allegato, & Farinac. de haeresi quæst. n. 40. Adde pro maiori securitate illis hanc potestatem esse concessam à Leone X. Rescripto incipiente, in hoc scripto cetero anno 1518, cuius tenorem refert Pegna in fine directori, inter litteras Apostolicas, & supradicto comm. 12. 2. & consentit Farinacius supra.

Dignum tamen est, an solus Inquisitor, vel solus Episcopus possit hunc testem falsum torqueri, & punire? Et quidem si torquentur esse non vt reus, sed vt testis pro depositionis factæ firmitate, certum est à quolibet illorum in causa procedente torqueri posse, quia quilibet illorum potestatem habet inquirendi, & examinandi veritatem, quovis causa in statu sententiæ constituat. Contra autem ad hunc effectum necessitatem esse Inquisitoris torquentem. Efficitur ergo à quolibet illorum dari posse ad hoc torquentem esse vt reus, quod contingit, cum specialiter contra illum de nouo formati processus; tunc ab utroque simul, scilicet Inquisitore, & Episcopo torquentem est, neque potest magis sine alio, iuxta expressum textum in Clem. 1. de haeresi, §. propter v. s. duo tamē tradere carceri, & sic expressè Eymer. 2. part. director. q. 73. n. 4. Pegna dicto comm. 12. col. 1. v. s. torquentem est. Verum si de punitione loquamur, fateor spectato iuris rigore posse Inquisitorem sine Episcopo, & contra testem coram se notorie, & manifestè falsum punire poena extraordinaria, quia hac potestatis cuiuslibet delegato Principis in causa criminali conceditur, vt pluribus exornat Clarus in tract. §. fin. q. 38. v. s. sed quæ non quid in fine. Couar. pract. c. 18. n. 8. Farinac. q. 67. num. 48. & seg. & de quolibet delegato habente iurisdictionem potestatis delicta optime probat Fachin lib. 9. cap. 26. ex l. nullum C. de testibus. Nihilominus, quia stat rescriptum Leonis X. remissum ad Inquisitores Atagonie 1510. cuius meminit Pegna, dicto comm. 12. circa finem, v. s. illi etiam est, in quo cau-

tur, ne possint Inquisitores sine Episcopis hunc testem falsum damnare, ideo dicendum est ita obseruari debere: & ita defendit tanquam tutius Pegna supradicto loco, Farinacius q. 188. n. 41. At cum supradictum rescriptum iurisdictioni ordinarij, & delegatae, aliquo modo præiudicet; limitat enim Inquisitori, & Episcopo potestatem puniendi testes falsos, quam ius illis in integrum concedit: ideo ad alios Inquisitores, & Episcopos præter deputatos Atagonie videtur non esse extendendum, de illis namque solis loquitur Leo X. vt testatur Pegna supra. Aduerto tamen, si aliquando contingat testem falsum seculari iudici traditi morte puniendum, id debere ab Inquisitoribus particularibus fieri, consilio supremo tenatu, & non aliter, quia cum agatur de vita hominis, quæ est res grauissima, neque ita certum est iure hac poena testem falsum esse afficiendum, expedit maxime ne cuiuslibet Inquisitoris particularis iudicio imponatur. sic Pegna dicto comm. 12. v. s. iam quamuis, Salzedo cap. 93. v. s. in Romana. Farinac. q. 188. n. 53. pract.

Difficultas est, an testis falsus haeresim alicui imponens poena mortis damnandus sit, & curiæ seculari relinquendus? Affirmatiuum partem tenet Simancas cathol. in si. tit. 64. rubr. de testibus. n. 86. in d. n. 90. & inenebid. v. s. v. s. 38. rubr. de testibus n. 2. & 3. Salzedo pract. in addit. ad Bernard. Diaz. cap. 93. v. s. sic Anton. Gomez in l. Tauri. 83. n. in fine: Rojas tract. de haeresi part. 2. assert. 8. n. 156. & segg. Lælius Zech. in summ. 1. part. tit. de fide, rubr. de haeresi, cap. 1. n. 4. Moverunt primo, quia in reliquis casibus testis falsum imponens puniatur eadem poena, qua puniendus erat testificatus, si verum esset obiectum, vt deciditur expressè in l. §. praterea ff. de sicariis. ubi, qui falsum testimonium dolo malo dixerit, quo quis publico iudicio rei capitalis damnaretur, & in e. satis hinc in fine, 3. q. 5. postquam dixerat August. vium falso accuatiem de adu. teno. v. s. orem suam non debere poena mortis damnari, subditur. In alijs autem falsis cum, qui testimonio falso cuiquam nocuerit, quæd si probaretur, ius sit, occidi, eadem pl. c. ubi nemus poena, qua fuerat, si verum esset, testis plerendum Et concordat lex regia, 83. Tauri. ubi, quando se probare que aliqui testigo de pseudo falsamente contra aliqua persona en alguna causa criminal, en lo qual sino se aueriguare su dicho ser falso a aquel, o aquellos contra quien depuso mereció pena de muerte. Otra pena corporal, que al tal testigo en riguroso como fue falso, le sea dada la misma pena contra persona, y bienes, como se le debiera dar a aquellos, o aquellos contra quien depuso, siendo su dicho verdadero, enajo que en aquellos contra quien depuso no se execute la tal pena, pues por ellos no quedo de dar sela lo qual mandamos que se execute en todos los delictos de qualquier calidad que sean. Cum ergo haeresis crimen sit omnium grauissimum, vt pote in republica religionique Christianæ summè perniciosum, efficitur sanè testem deponentem falsò poena mortis damnari non debere, quia illa est poena, quæ imponenda erat testificatosi crimen obiectum verum esset. Secundo probatur ex refer. pto Leonis X. supra allegato, in quo Pontifex Inquisitoribus remittit punitionem testis falsi pro qualitate criminis & circumstantijs, etiam vsque ad traditionem & remissionem faciendam brachio seculari, & hoc absque irregularitatis periculo: sed nullus ex cogitari potest casus, in quo hæc poena testis falsi imponenda sit, nisi cum is, de quo deponitur, illa lubire debebat, si verum esset obiectum. Ergo in illo casu poena mortis testis falsus puniri debet, Notanter dixi testem falsum puniendum esse poena mortis, si testificatus illum lubire debebat, si vera fuisset depositio: quod non potest verificari, nisi cum haeresim alicui imponitur: nam si de alio crimine inferiori, ob quod testificatus poena mortis imponenda non est; clarum est, neque testis esse imponendam, sed aliam mitiorem iudicis arbitrio, verbi gratia fustigationis, vitæ, vel exilij, & pecuniæ sic Simancas cathol. in si. tit. 64. rubr. de testibus. 90. & 91. Pegna dicto comm. 12. v. s. ceterum, v. s. quod si leuiter nocuerit. Ignat. Lopez de Salzedo cap. 93. v. s. quibus assimilari possunt. Lælius Zech. 1. p. de fide, rubr. de haeresi, cap. 1. num. 14. v. s. quod si testes; Farinacius quæst. 288. num. 51.

Nihilominus contraria sententia de consuetudine recepta est scilicet testem falsum in crimine haeresis poena arbitraria puniri, quæ ratio, vel nunquam extenditur ad mortis poenam, sed ad fustigationem, vel vitæ, vel vtramque poenam simul: sic Ignat. Lopez. sup. c. 93. v. s. in Romana quidem curia Farin. q. 188. n. 39. & de testi. q. 67. n. 29. Et fudamentum esse potest, quia is cui falsò haeresis crimen imponitur, etiam si verum esset, mortem necessariò non subiret, sed penitens illa cuitate posset, nisi esset relapsus. Ergo testis non est poena mortis absolutè imponenda, sed alia mitior, æqualis illi, quam haereticus verus, & penitens subire debebat.

6. Dicendum tamen est primo, Poena mortis, & curiæ seculari omnino tradendum esse testem falsò alicui haeresim imponentem, ob cuius depositionem curiæ seculari vt negatiuus fuit condemnatus, & obit: sic ex rescripto Leonis X. docet Pegna dicto comm. 12. v. s. illi: verò post prin. Farin. de. res. q. 67. n. 2. v. s. n. 4. vbi pluribus de fortibus, & text. confirmat, & ita in tribunali Inquisitionis Logronen. practicum fuit. Et in hoc casu est verissima communis sententia, quæ negat testem falsum admittendum esse ad penitentiam, sicut haereticus admittit ad reconciliationem de qua Bald. Cynus, Ioan. And. Pancimit. & alij

DE  
STR  
ALAY  
TOM,  
11

in e. excommunicamus. l. 2. de hereticis. & tradit Pegna 3. p. direct. comm. 122. circa finem. vers. quod situm est. Farinac. q. 188. n. 43. Anton. Gom. leg. 83. Tauri. num. 8. & tradunt omnes Doctores, num. 3. relati. Ratio est, quia ille non solum ut testis falsus, sed ut vere homicida puniendus est. Idem crederem dicendum, si in carcere existens testificatus obiret; quia credendum est tellem falsum causam illius mortis fuisse.

7 Dico secundum, si testis falsus haresim alicui imponeret, si tamen veritas manifesta, est antequam penam testificatus subiret, probabilius existimo, etiam attento iuris rigore non debere pena mortis affici. Probo, quia pena talionis saltem in foro Ecclesiastico non est recepta. Neque in hoc casu est aliquis textus, cogens illam imponere. Nam textus relatus in e. satu hinc, præterquam quod non est Pontificius, sed Augustinus, non probat eadem penam plectendum esse reitem, qui plectendus erat testificatus, si de ficto plexus non fuit. Imo potius contrarium colligitur ex illis verbis, cui qui testimonio falso cuiquam nocuerit, quæ noxamentum non ardentem, sed cum effectu importat. Item rescriptum Leonis X. hoc clarius indicat, ubi conceditur facultas liberè procedendi, absque timore irregularitatis contra eos, qui vel tacendo verum, vel falsum deponendo, vel iustigando ad hanc falsam depositionem occiderunt, aut membro aliquo mutilarunt, aut bonis suis omnibus, vel maiori parte spoliarunt, &c. Ecce qua ratione de reffe cum effectu damnificante rescriptum intelligitur. Solum video legem regiam Tauri nobis contrariam esse: sed cum illa in crimine hæresim vixote Ecclesiastico, nequaquam disponere possit; efficitur sane in hoc crimine penam mortis exequendam non esse, quando cum effectu in testificatu excoctio non est, licet exequenda foret, si verum esset obiectum: & ita tenet hanc sententiam Farinacius q. 188. num. 48. & quæst. 67. num. 16 & 17. Et loquens generaliter de reite in causa capitali falso deponente, in qua effectus non est sequutus, affirmat penam capitali non esse puniendum; quia ex consuetudine effectus non sequitur effectu, non punitur eadem pena. Non enim iustum est eadem penam punire tellem deponentem falso, ob cuius depositionem nullum testificato damnatum irrogatum est, qua punitur testis ob cuius depositionem falsam testificato mors lucellit.

8 Dico tertio, nullam esse differentiam inter tellem imponentem falso haresim alicui de hæresi nunquam damnato, vel imponentem falso haresim alicui iam de illa damnato, quia in utroque casu testificatus morti erat tradendus, si firma maneret falsa testis depositio. Nam uterque debet mori, ut imponentes negatiui, cum secundum probabilem sententiam nemini liceat faceri crimen hæresim non commissum. Ergo si testis falsus imponens crimen aliis damnato, morte plectendus est, etiam plecti debet eadem morte imponens crimen ei, qui nunquam damnatus fuit. Fateor tamen in imponente falso crimine ei qui aliis de hæresi fuit damnatus, efficacius procedere, cum hic nulla via à morte liberari possit nisi falsitas, & mendacium detegeretur. Nam siue neget hæresim impostam, siue illam fateatur mortem evitare non potest; quia in vno damnaretur ut negatiui, in alio, ut relapsus. At testificato de hæresi, aliis de illa nunquam condemnato suppetit via euadendi mortem, si crimen fateatur. Quod an fieri possit, in sequentibus examinabimus.

9 Dico quarto, si testis pro defensione inquisiti falsum deponat, v. g. negando hæresim, quam sibi constiterat commississe, obligaturque est reuelare, pena arbitraria puniendus est, dummodo non accedat ad penam mortis, nisi forte contingeret aliquis casus extraordinarius; in quo ex falsa depositione testis, & veritatis occultatione graue damnus reipublice immineret. sic docuit Simanc. cathol. in sit. tit. 64. rubr. de testib. n. 90. vbi testatur sibi ita rescriptum esse à summo Senatu inquisitionis & in Toletana instructione 4. e. 11. ita haberi. Idem docet in enchirid. viciat. relig. tit. 38. eadem rubr. de testibus. n. 4. Farinacius quæst. 188. num. 49. & loquens generaliter de testibus quæst. 67. n. 18. multis relatis exornat. Moueor, quia nullo textu cautus inuenio hanc penam imponendam esse testi in defensionem falsi testificantis. Nam rescriptum Leonis X. in quo æqualiter de depositione falsa contra reos, vel in eorum fauorem loquitur, hanc penam illis non imponit, solum enim ibi arbitraria pena decernit omnes illos esse puniendos vique ad relaxationem brachio seculari, quod nequaquam potest intelligi, quod hæc relaxatio omnibus debeatur; sufficit, si debeatur illis, qui sua depositione causa fuerunt, ut aliquis morti iniuste traderetur; textus autem in l. 1. §. præterea, ff. de fidei. & textus in e. satu hinc. 23. q. 5. expresse loquitur de teste deponente contra reum, non pro reo. Ergo ex huiusmodi depositione non est inferenda testi tam grauis pena, sed fustigationis, vel tritremis, vel vtraque simul.

10 Sed obicitur: Grauiori supplicio est dignus, qui grauius offendit; sed qui deponit falsum, occultando hæresim, grauius delinquit, quam si deponeret falsum illum revelando; nam ille offendet diuinam maiestatem, hic humanam. Ergo grauius puniri debet. Et confirmo. Qui contra fideum, & reipublicam deponit, grauius pena est dignus, quam qui contra priuatum, ex textu in authent. multo magis. C. de sacro sanct. Eccles. Sed hic occultans veritatem contra fideum, reipublicamque falsum deponit. Ergo Adde causam esse, ut ille hæreticus defensus, & alij per ipsi mor-

te perpetua damnentur. Si ergo cum esset occasio temporalis damnationis vita priuandus venit, à fortiori cum est causa in pluribus damnationis æternæ. Propter hæc Pegna 3. p. direct. comment. 122. vers. sic par ratio eorum, exstimat curiæ seculari tradendum esse hunc falsum tellem: contentit Leclius Zechius sum. 1. part. tit. de fide, rubr. de hæresi, cap. 11. num. 14. vers. quod si testes.

Verum retinenda est nostra sententia, vixote æquior, & benignior, & in practica omnino recepta. Et ad obiectionem omnino respondeo. Primo sæpe grauiora peccata leuionibus penis humanis puniri, vel quia grauiora illa peccata non sunt ita frequentia, vel quia non reputantur reipublice ita damnosa, ut patet in periurio, & sacrilegio, quod leuiori pena punitur, quam homicidium, vel adulterium, cum tamen sint grauiora peccata, & diuinam maiestatem offendunt directe. Secundo occultatio non esse ita certum grauis diuinam maiestatem offendere, qui per falsam depositionem hæreticum occultat, quam qui catholico hæreticum facit reputari: cum hic non solum hominem, sed etiam Deum, & reipublicam grauius offendat.

11 Fateor tamen contra huiusmodi tellem falso hæresim occultantem, posse processum formati de crimine fauorari, & tanquam fauorem hæreticum damnari. Illa tamen tunc non erit condemnatio ob præfalam falsitatem, sed potius ob fauorem & auxilium ei hæretico præstitum.

12 Aduertendum omnino est, si testis falsus se ipsum delinquit, & complices si forte habuit plene manifestauit, mitius cum illo agendum esse, neque vilo modo morti tradendum, nisi in casu quo testificatus mortem subisset, sed vel carceri, vel exilio, vel tritremibus damnari debet, sic colligitur ex Pegna 3. p. direct. com. 122. circa finem. vers. cum vero iudicet, & vers. in illis modis. Simanc. cathol. in sit. tit. 64. num. 95. alios referens Farinac. q. 188. num. 43.

13 Secundo aduertendum, si aliquo capite testis depositio nulla fuit, non obinde falsi penam integrè euitabit, sed solum ordinariam. At extraordinaria arbitrio iudicis puniri debet, quia vix tentauit iniuriam irrogare, & falsitatem commisit, & iudicium offendit: sic ex pluribus firmat Farinacius quæst. 67. iote §. 6. num. 193. & specialiter 219.

14 Dico quinto, quod dictum est de testibus falsis, dicendum est de corruptibilibus eorum prece, aut peritio, vel falsum dicant. Item de mandantibus, aut persuadentibus ad falsum testimonium, aut etiam de mandantibus alicui, ut testes contempnat, quia ij omnes efficaciores, & principaliores causæ falsitatis esse videntur: & ita habetur expresse in rescripto Leonis X. ubi, qui ad talia committenda minus cogunt, vel pecunia alliciunt, &c. & infra, aut alium ad falsum deponendum, aut verum tacendum induxerit, & notauit Pegna direct. comment. 122. post mediū, vers. atque hoc ipsum. Salzedo practice. c. 93. vers. & quod de testibus. Farinac. q. 188. n. 44. Leclius Zechius sum. 1. part. de fide, rubr. de hæresi. c. 11. n. 14. vers. quod si testes. Simanc. cathol. in sit. tit. 64. rubr. de testibus. n. 96. & in enchirid. tit. 38. eadem rubr. de testibus. n. 8.

15 Dico vltimo, Filius, & nepos falsi testis in crimine hæresis condemnari: etiam ad penam mortis non redditur infamis, neque aliis penis obnoxius, quibus hæreticorum filij redduntur, quia nullibi cautum inuenitur, & poene extendendæ non sunt, sed potius restringendæ, iuxta textum in e. adia. de reg. iur. in 6. sic tradit Pegna direct. com. 122. in fin. vers. postremo quatum est. Sanchez l. 3. c. 27. n. 25. Farinacius quæst. 188. num. 54. Simanc. cathol. in sit. tit. 64. rubr. de testibus. n. 92. & in enchirid. tit. 38. eadem rubr. de testibus. n. 3. Leclius Zech. sum. 1. part. de fide, rubr. de hæresi. c. 11. n. 14. vers. quod si testes falsum deponant.

PUNCTVM XVI.

De reo hæretico.

REUS in hoc tribunali & potest esse hæreticus, vel de hæresi suspectus ob fauoriam. De hæretico, vel de hæresi suspecto ob fauoriam, qua ratione aduersus illi Inquisitores procedunt, satis in superioribus dictum est, omnia enim que de inquisitione, accusatione, & denunciatione, hæreticorum que penis diximus huic deferuntur instituto. Sed pro illius complemento alique restant difficultate examinandæ.

§. I.

De reo continente, & reuocante.

- 1 Si falsus sit hæresim, ex illa confessione condemnari potest.
- 2 Debet tamen confessio esse specialis, quæ specialem hæresim declarat.
- 3 Si reuocet confessionem in continentem, vel probet esse errata falsum esse, valida est reuocatio.
- 4 Reuocatio non in continentem facta, neque errore probato non excusat, tum si alij contrarium sentiant.

1. Contingit